



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Noctu à senatore quæritur. 56

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

rebat, vt Hierosolymam nauaturus crederetur, si nauis uestra de portu Veneto soluisset.

Interea verò, quoad Venetijs hæerere visum est, hanc sibi viuendi legem IGNATIUS sciuit; interdium modicum victum precario querere: noctu autem, gratuitum sub cælo hospitium optare, quietemque in publico capere. 55 Hinc res eo tempore accidit memoranda; vt Senatorij ordinis vir de prima nobilitate, domi suæ cubans, se talibus per noctem vocibus increpari sentiret. Nempe tu inter hæc vestium stragulorumque serica, & familiaris opulentia aulica noctem degis; neque meum interrim seruulum pensi habes, qui in fori porticu nudus abnoctat? Tu mollibus plumis, ac diuite in lectulo recumbis; illi pro culcirra humus est; & tegetis vicem cælo operitur. 56 Nō sustinuit improbrantis

br
to
ge
gr
M
I
hu
po
cu
&
me
ho
ho
far
57
eff
Gr
Re
cil
in
ne
sul
fur
inc

brantis vim Senator: Sed damnato confestim lectulo properat surgere; metuque plenus domo egreditur; & contabundus ad S. Marci forum denique defertur. I G N A T I O ibi humi reperto, & hunc utique esse, quem cælestia portenta prodidissent, videns; secum in ædes perducere, lauteque & humanè complexum, vehementer suspicere cæpit. Sed ille honoris fugiens, mox à nobiliori hospite, ad hominem Hispanum familiariter inuitantem deuertit. 57 Sub hæc cognoscit, necessum esse, ut, nauigij impetrâdi, Andreã Grittum adeat; virum eius tunc Reipub. principem. Quicum facile conuenit, ut, dato negotio, in prætoriam nauim gratis imponeretur. Ea erat designatus Insulæ Prætor, in Cyprum transmissurus. Illo diei momento, febris incommodum æstuabat, & à phar-

C maco